Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Fratres. Si viuimus spiritui spiritu ad Galatas.
et ambulemus. Non efficiamur inanis gloriae cupidi. invicem provocantes. invicem invidentes.
Fratres. Et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in
spiritu lenitatis considerans teipsum ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate et sic adimple
bitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid
esse cum nihil sit ipse se seducit. Opus autem suum
probet unusquisque et sic in semetipso tantum gloriam habebit
et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.
Communicet autem is qui catechizatur verbo eiqui
se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare.
deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo hoc
et metet. Quoniam qui seminat in carne sua de carne metet corruptionem. Qui autem
seminat in spiritu de spiritu metet vitam aeternam.
Bonum autem facientes non deficiamus. tempore enim
suo metemus non deficientes. Igitur dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes maxime autem ad do
mesticos fidei.
omnium est credere in domino quoniam credere

no